siliavit, inscripsit et reformavit, prout adi Nobilis Ave...
tur inscribit et reformat consentien Per ipsam Nobilem
Mariannam Jaworska Sui Recognoscentis Consortem Legitiman
1910 et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum
generaliter omnium, cum Universis Utilitatibus et Usufru-
ctibus competentibusq et prerogativa quavis tenendi ha-
bendi et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi
ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos
citer libere et effectualiter convertendi, Vigore et more
aliarum Reformationum hactenus et diutius in Re-
gno Poloniæ observari solitarum.

Popielow Conjugum mutua Advitalitas.

1232 Comparentes personaliter Coram officio et Actis Præsentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis
Stephanus Popiel Kolodrub Lastowczak olim Nobilis
Joanni Popiel Kolodrub Lastowczak, cum olim Nobili Anna
Popielowna consorte eius legitima procreatus filius ab una
et Nobilis Marina Jaworska Generosi Andreæ Jaworski Si-
waczek cum Generosa Regina Zubrzyska Consorte eius le-
gitima procreata filia parte ab altera Conjuges Legitimi
sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus
suorum Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et Compe-
tentibus recedendo, præsenti Vero Castrensi Capitaneali
Premisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se
cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporando atq subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognoverunt, et quili-
bet illorum Seorsim suo pro interesse recognovit, Quia
ipsi et ipsorum Consors cum eiusdem mariti sui Viri Sectoris
Conjugalis

Conjugalis Personali assistentia, et Ultroneo ad infrascripta
recognoscenda Consensu, sibi mutuo et invicem, Una pars
alteri omnium generaliter bonorum suorum, mobilium et
immobilium, haereditariorum et obligatoriorum, summarumque
pecuniarium quarumvis, necnon auri argenti, clenodiorum
Unionum Margarethorum, Vestium Vestimentorum, tum stan-
ni aeris, cupri Orichalci, petorum pecudum equorum Equitivae
ac totius supellectilis domesticae, in quacunque forma et
materia existentium, nunc habitt et in post habendorum mutuam
Adunitatem, et Usum fructum, ad extrema Vitae Utriusque eorum
tempora tantum modo et non Ultra inscripserunt concesse-
runt et assignaverunt, prout inscribunt, concedunt, et as-
signant praesentibus, tali Videlicet modo et Conditione
Quod Si prius praefatum Nobilem Stephanum Popiel Ko-
ledrub Lastowczak, Maritum quam ipsam Nobilem Marinam
Jaworska Consortem ipsius, mori et de hac Luce decedere
contigerit, ex nunc eadem Nobilis Marina Jaworska Con-
sors sua bona suprascripta omnia, et summas pecunia-
rias morte praedicti mariti sui derelinquendas, cum omni
eorundem, Iure Dominio et proprietate, Competentiaque
et praerogativa quavis, omnibusque et singulis eorundem Uti-
litatibus et Ususfructibus tenebit habebit et possidebit u-
tique quiete et pacifice Usu fructu, ad extrema duntaxat
Vitae suae tempora, post fata Vero Nobilis Marinae Jawor-
ska praefatae Consortis, ex tunc praedicta bona et res gene-
raliter omnes Inscriptioni praesenti subiecta morte praedi-
cti Mariti sui derelinquenda ad successores praenominati Ma-
riti sui, sine quovis impedimento et contradictione successo-
rum praedictae Consortis suae, totaliter et plenarie devolven-
tur, Similiterque quoque Si prius praefatam Nobilem Mari-
nam Jaworska Consortem suam quam ipsum Nobilem
Stephanum Popiel, maritum suam mori contigerit ex tunc

idem maritus bona suprascripta generaliter omnia mor-
te praedicta Consorti sua derelinquens, cum omni Jure
Dominio et proprietate, tenebit, habebit, et possidebit
1920 illaq[ue] quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae
tempora Vti fructus, post mortem Vero et de hac luce de-
cessum eiusdem mariti sui eadem bona suprascripta
morte eiusdem suprascripta Consorte sua derelinquens
ad successores suos, sine quovis impedimento et contradi-
ctione successorum Mariti sui, totaliter et plenarie de-
volventur. Hic suis praesentibus personalibus recognitio-
nibus ad praemissa omnia et singula mediantibus.

Dobrzanski Jaworskiemu Scriptum Roborat.

~~1232~~ 1233

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Mi-
chael Dobrzanski z Rutkowicz Sanus mente et corpore exi-
stens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis qui-
buscunque propriis et Competentibus recedendo praesenti Vero
Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum
hunc attinet, sese successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjicien-
do palam libere publice ac personaliter recognovit Qua-
ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus, summisq[ue] pecuniariis quibuscunque habitis et habendis
inscribit et obligat praesentibus, Scriptum certum manuale per
se Recognoscentem, in rem et manus Generosi Andreae Jawor-
ski z Sliwaczek, ratione certarum rerum et conditionum in
eodem Scripto manuali contentarum de actu et data illius
sub in Cancellaria Castri Praemysliensis die Sexta Mensis Au-
gusti, id est die hodierna in actu contenta confectum
Conscriptum et datum, manu Nobilis Pauli Jaworski nomi-
sui Vti